

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sobrietas b
cum fonte primo

Sobrietas est

recti iudicii tenax, memorie
recordationisque inseparabilis
sapientie, secretorum custos, archani
uelamen, lectionum et doctrine capax,
studiorum et artium bonarum discipula
pariter et magistra, ingeniorum et

capiendorum pedisseca, bone fame
semper avida, in cogitationibus salubria
atque utilia creans, uirtutis singulare
auxilium, cuncta cum ratione disponens,
in congregatione honestorum se ipsam
semper ingerens.

Augustinus ibidem (libro ad sacras
uirgines).

Sobrietas namque castitas est
sensus et mentis, membrorum omnium
corporisque tutela, castitatis
pudicitiaeque munimen, pudori proxima,
amicitiae pacisque serva, honestati
semper coniuncta, criminum
vitiorumque omnium profuga,
recti iudicii tenax, memoriae
recordationisque inseparabilis
sapientia, secretorum custos, archani
velamen, lectionum et doctrinae capax,
studiorum et artium bonarum discipula
pariter et magistra, ingeniorum et
<...>

capiendorum pedisseca, bonae famae
semper avida, in cogitationibus salubria
atque utilia creans, uirtutis singulare
auxilium, cuncta cum ratione disponens,
in congregatione honestorum se ipsam
semper ingerens.

Pseudo-Augustinus, *De sobrietate et
castitate*, 1, 2 (CSEL 99, L.J. Dorfbauer
ed., pp.112-13, ll.1-11).